THESES.

I.

Magnetiſmus ſic dictus animalis efficaciſſimum eſt medicamentum.

II.

Si morbus eſt ſtatus praeternaturalis corporis animati, non poſſunt plures adeſſe morbi in corpore animato vno eodemque tempore.

III.

Irritabilitas omnium vaſorum aucta febrim vniuerſalem, irritabilitas autem alicuius rami eiusque diuiſionum aucta topicam febrim ſiue inflammationem efficit.

IV.

Materiae nocentes, quae in ſtatu morboſo ac praecipue in febribus obſeruantur, raro ſunt mere cauſſae, ſed ſemper etiam ex parte effectus morbi.

V.

Lympha ſanguinis veriſimillima reproductionis eſt cauſſa.

VI.

Quo minor eſt quantitas cruoris in ſanguine, eo maior reproductio.

VII.

Secretio vrinae etiam reſpirationis progreſſus eſt cauſſa.

VIII.

Medici practici in ſanandis morbis magis pathologiam humoralem, quam pathologiam neruorum amplectuntur.

IX.

Cordis & vaſorum, vtpote ſingularium

partium, actio haud profecto poteſt ſummis physiologiae principiis comprehendi.

X.

Sub voce Phyſiologiae generalis ea eſt intelligenda, quae principia atque fundamenta naturae humanae inquirit: particularis autem, quae ſingulas functiones eius perſequitur.

XI.

Chemia potius nomine artis ſyſtematicae inſigniri poteſt, quàm ſcientiae.

XII.

Chirurgia eſt certior ac tutior, quam Medicina.

XIII.

Amputatio a lambeaux, qua crudelior, Alanſonianae haud anteponenda.

XIV.

Ad deprimendam cataractam acus a Clariſſ. Praeside inuenta ſane plurimum praeſtat.

XV.

Extractio cataractae depreſſione in regula periculoſior.

XVI.

Fiſtulae lacrymales haud tam raro teſte experientia Clariſſ. Praesidis ſanantur, vt Celeberr. Richter contendit.

XVII.

Curationem radicalem hydroceles per diſſectionem caui ſcrotalis haud ita periculoſam eſſe, contra Pott experientia docet.

XVIII.

Synchondrotomia diametros pelvis maiores reddit, inde ſane magni momenti in arte obſtetricia eſt.

TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M